

Regula honestatis moralis seu tractatus theologicus tripartitus de regula moraliter agendi

In Duos Item Libros Dividitur: In priori potissima fundamenta, & principia moderni Probabilismi intrinseca exactè, & accuratè examinata multipliciter evertuntur, & non esse verè principia, ... In posteriori verò eundem cum modernis Decretis Pontificiis multiplici argumento ... ubi multa de ultimi ...

Camargo, Ignacio de

[S.l.], 1702

Eminentissime, Ac Reverendissime Domine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94767](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94767)

EMINENTISSIMO SIGNORE.

I. P. Ignatio de Camargo della Compagnia di GIESV, supplicando espone a V. Em., come desidera dare alle Stampe un suo Libro intitolato *Regula Honestatis Moralis*. Per tanto supplica V. Em. degnarsi di commettere la revisione di esso à chi meglio li piacerà, ut Deus.

De mandato Eminentissimi

R. P. Mauritius de S. Philippo Carmelit. Discalceat. Examinator Synodalis, S. Officii, & S. Visitat. Consultor revident, & in scriptis referat. Neap. 6. Februarii 1702.

IO: ANDREAS SILIQUINVS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canonic. Deput.

EMINENTISSIME, AC REVERENDISSIME DOMINE.

Opus bipartitum, cuius titulus (*Regula Honestatis Moralis*) Auctor R. P. Ignatio de Camargo è Societate IESV, iactanter vidi, attentè perlegi, atque non semel evolvi; (sic enim mihi incubuit ex præscripto Eminentiss. Domini mei Cardinalis Cantelmi Archiepiscopi Neapolitani): In eo autem non latè quæruntur incerta, sed quæ vera, quæ certa sunt, Majorumque stabilita calculis, brevi oratione clauduntur. Porro hæc Regula, Morum semitas facit rectas, quas effraenis Sententiarum tumultus, sub specie benignitatis simulatus, declives fecerat, & obliquas; nec non suapte vi perspicuum relinquit, & arctam esse viam, quæ ducit ad vitam, æquè, ac insimul latum mandatum Dei nimis; non ea quidem latitudine, quæ conscientias laxet, sed quæ corda subleuet; non quæ vanis utpote fulcris, sed fidei columnis, sacris Patrumque Auctoritatibus innixa. Ut autem securius incedit, atque in rebus dubiis lucem effundat, Majorum vestigia sectatur; quapropter eas rejicit opiniones, quas nec novit Antiquitas, nec firmat Auctoritas; Sicque fugat pericula, dum fugit nova, quæ Animas non tam laxant, quàm ligant, perturbant magis, quàm sedant. Infelix quippe dum Homo Auctorum novellis, & amplissimis placitis incauta credulitate nimium fidit, accipit de pietate periculum, dum quæritat de Infirmitate solatium. Totum hoc itaque Opus viam parat ad sydera, vera dum docet, & proficua. In commune igitur commodum fudet sub prælo: nil enim fidei regulis dispar, nihil in eo documentis Patrum adversum, aut morum educationi contrarium; imò omnia ad trutinam Veritatis appensa, ad Animarum emolumentum, nedum utilia, sed & necessaria esse existimo; Sicque subscribo è Collegio Maris Dei Neapolis Carmelitarum Discalceatorum die 15. Julii 1702.

Fr. Mauritius à S. Philippo Carmelita Discalceatus Examinator Synodalis, S. Officii, & S. Visitationis Consultor;

Attenta supradicta relatione R. Patris Revisoris imprimatur. Neap. 23. Julii 1702.

IO: ANDREAS SILIQUINVS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canonic. Deput.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Michele Luigi Muti, supplicando espone a V. E. come desidera fare imprimere nella sua Stamparia un Libro intitolato *Regula Honestatis Moralis*, Authore P. Ignatio de Camargo Societatis IESV. supplica per tanto V. E. degnarsi commetterla alla solita revisione, che l'haverà à gratia, ut Deus.

Rev. Pater Ioseph Palma Soc. Iesu videat, & in scriptis referat.

Gascon Reg.

Andreassi Reg.

Guerrero Reg.

Mercado Reg.

Provisum per Suam Excellentiam Neap. 6. Februarii 1702.

Spect. Reg. Andreas non interfuit.

Mastellonus.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

Visu Excellentie Vestre perlegi Opus, quod inscribitur *Regula Honestatis Moralis* ab admodum R. P. Ignatio Camargo Societatis Iesu accuratissime elucubratum, nihilque in eo reperi, quod Regie Iurisdictioni adversetur, imò omnia ad æquisimam veritatis normam exacta, quæque Hispanici Doctoris & ingenium sapiant, & pietatem, ex quibus profectò sperandum fore, ut qua veritatis vi humana libertas Divino Iuri hinc se se pleniori obsequio mancipare discit, ac suavissimo iugo colla submittere, alacrius etiam Regii Iuris discat aureis frænis assuescere, & publicæ tranquillitati servire. Quapropter dignissimum censeo, quòd Typis, atque adeò æternitati mandetur: Si ea Excellentie Vestre mens fuerit. In Domo Probationis Neapolitanæ Societatis Iesu. Die 30. Mensis Martii 1702.

Excell. Vestre

Omni obsequio Addictissimus
Ioseph de Palma Soc. Iesu.

Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione servetur Reg. Pragm.

Gascon Reg.

Guerrero Reg.

Mercado Reg.

Biscardus Reg.

Provisum per Suam Excellentiam. Neap. 10. Julii 1702.

Spect. Reg. Andreas non interfuit.

Mastellonus.

THYR-